Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



sepeliuit abner, eo quod oci-
disset asahel fratrem eorum in
gabaon in prelio. Dixitque ad
dauid ad ioab, et ad omnes
populum qui erat cum eo: Scin-
dite vestimenta vestra et ac-
cingimini saccis, et plangite
ante exequias abner. Por-
ro rex dauid sequebatur feretrum.
Cumque sepelisset abner
in hebron, leuauit rex vocem
suam, et flauit super tumulum
abner. Flauit autem et omnis
populus. Planxerunque rex abner
ait: Nequaquam vt solet mori
insipiens, mortuus est abner.
Manus tue non fuit, et pedes
tui compedibus non sunt aggra-
uati, sed sicut solent cadere
coram filijs iniquitatis corru-
isti. Congemuerunque omnis plebs
flauit super eum. Cumque venisset
vniuersa multitudo cibum capere
cum dauid diera adhuc die
iurauit dauid dicens: Hec
faciat mihi deus, et hec ad-
dat, si ante occasum solis gus-
tauero panem vel aliud quicquam.
Omnesque populi audiuit, et
placuerunt eis cuncta quecunque fecerat
rex in conspectu omnis populi. Et cog-
nouit omne vulgus, et vniuer-
sus israel in die illa, quod non
actum fuisset a rege vt occi-
deretur abner filius ner. Dix-
itque rex ad seruos suos:
Nunquid ignoratis quod prin-
ceps et maximus cecidit ho-
die in israel. Ego autem adhuc
delicatus et vnctus rex, qui
hodie confirmatus et constitutus
sub rege fui. Porro viri
isti filij sarruie duri mihi
sunt. Retribuat dominus facienti
malum iuxta malitiam suam.

Audiuit autem isboseth
filius saul quod
cecidisset abner
in hebron, et dissoluta sunt
manus eius. Omnisque israel
perturbatus est. Duo autem viri
principes latronum erant filio
saul, nomen vni baana, et
nomen alteri rechab, filij rem-
mon berechite de filijs benia-
min. ~~Et fugerunt~~ Siquidem
et beroth reputata est in
benjamin. Et fugerunt be-
rochite in gethaim fuerunque
aduene vsque ad tempus illud.
Erat autem ionathan filius saul
filius debilis pedibus. Quinque
es enim fuit cum venit nuncius
de saul et ionathan ex israel.
Tollensque eum nutrix sua fugit.
Cumque festinaret vt fugeret cecidit
et claudus effectus est.
Habuitque vocabulum mefibo-
seth. Venerunt igitur filij rem-
mon berechite rechab et ba-
ana, in ingressi sunt feruente
die domum isboseth. Qui do-
mebat super stratum suum mi-
die et hostiarius domus pur-
gans triticum obdormiuit. Ab-
sumentes spicas tritici laten-
tes in ingressi sunt, et percus-
serunt eum in inguine rechab et
baana frater eius, et fu-
gerunt. Cum autem ingressi
essent domum ille dormiebat
super lectum suum in cenaculo. Et
percutientes interfecerunt eum
sublatoque capite eius abierunt
per viam deserti tota nocte, et
attulerunt caput isboseth ad
dauid in hebron. Dixeruntque